

[IV m 1]

SUNT ETENIM metrum primum quod est duorum colorum. Primus enim ^uversus est Alemanicus¹ dactilicus de quo dictum est libro primo metro tercio. Recipit autem hic loco² dactili spondeum aliquando et in ultimo propter indifferenciam ultime sillabe recipit amphimacrum³ qui constat ex prima et ultima longa et media brevi. Secundus autem ^uversus est Archilochicus⁴ iambicus de quo dictum est supra libro secundo metro septimo. In hoc autem metro ostendit Philosophia ^uviam per quam ^upervenitur ad cognitionem summi boni et est per consideracionem creaturarum per quas gradatim est transcendendum quousque ^uinveniatur aliquid quod preemineat omni creature et istam ^uviam tradit sub similitudine ^uavis in altum⁵ ^uvolantis ut⁶ prius tactum est.⁶ ^uDividitur autem hoc metrum in duas partes. In prima tradit ^uviam per quam ^uveniat mens ad cognitionem summi boni. In secunda ostendit quid iudicabit mens cum illuc ^uperyenerit ibi (23) HUC SI. Continuacio: ita dixi quod (p 1, 35) AFFIGAM PENNAS MENTI TUE. (m 1, 1) SUNT ET ENIM MIHI VOLUCRES id est veloces PENNE scilicet ^uyirtus et

 1 alemanicus (alemanicum P) JPPeGORD / 2 hic loco JORD loco PPeG /
 3 amphimacrum JPPeGORD / 4 archilochicus JOR archilocius D
 archilogicus PPeG / 5 altum JOD altitudinem PPeG / 6 ut prius
 tactum est JOD om. RP et dividitur ut prius dictum est PeG /

sapientia (2) QUE CONSCENDANT CELSA POLI id est transcendant
 altissimam creaturam ad querendum Deum (3) QUAS scilicet pennas
 CUM MENS VELOX id est expedita a terrenis INDUIT (4) PEROSA id
 est ^uvalde odio habens TERRAS quia remotissime inter creaturas se
 habet a summo bono DESPICIT scilicet eas, querendo ulterius
 creatorem (5) SUPERAT GLOBUM AERIS IMMENSI scilicet cognoscendo
 quod ultra aerem est creator (6) NUBES VIDET POST TERGUM quia
 eciam ultra nubes querit cognicionem⁷ summi boni (8) TRANSCENDITQUE⁸
 scilicet querendo cognicionem summi boni⁸ VERTICEM id est summitatem
 ignis QUI CALET AGILI MOTU ETHERIS id est celi. Hic^{9u} videtur esse
 dubium. Si enim calor inest igni per motum celi, ut hic videtur
 dicere, non erit propria et per se qualitas ignis. Sed¹⁰ ad hoc
 sciendum¹⁰ quod secundum Porphirium locus est¹¹ principium
 generacionis sicut et pater. Sicut enim pater¹² ^uvel generans¹²
 est principium et causa¹³ producens aliquid in esse, sic locus
 naturalis est causa ^uconservans illud quod productum¹⁴ est in esse.
 Generans autem aliquid non solum dicitur causa ipsius generati

IGNIS

 7 cognicionem JORD condicionem PPeG / 8 transcenditque scilicet
 querendo cognicionem summi boni JOR om. DPPeG / 9 hic RPD hoc O
 ut hic J / 10 sed ad hoc sciendum D (huc J) JO (dicendum R) R
 sed dicendum PPeG / 11 est est J / 12 pater ^uvel generans JORD
 generans PPeG / 13 et causa JOD et est causa O om. PPeG /
 14 productum RPO preductum J /

sed etiam omnium accidencium que naturaliter consequuntur¹⁵
generatum. Et eodem modo locus non solum est causa conservati^uva^u
locati sed etiam¹⁶ omnium accidencium ipsum naturaliter consequencium.
Unde quia¹⁷ celum est locus ignis non solum est causa ipsius ignis
sed etiam ipsius caloris ignem consequentis et quia propria
disposicio celi secundum quam habet causalitatem super omnia
alia est motus eius ideo dicit Boecius ignem calere motu celi non
excludens per hoc quin sit per se¹⁸ qualitas ignis sed per hoc
innuens causalitatem et connaturalitatem quam habet corpus locans
secundum suam propriam disposicionem respectu disposicionis
ipsius locati. Continuacio: Ita dixi quod mens investigando Deum
transgreditur ignem qui est suppreum elementorum nec tamen ibi
sistit¹⁹ sed ulterius per investigacionem procedit (9) DONEC
SURGAT id est sursum se agat IN DOMOS ASTRIFERAS id est in orbes
deferentes astra cuius modi sunt orbes planetarum (10) CONIUNGAT
VIAS PHEBO id est soli: dicitur mens coniungere^u vias soli dum
per processum investigacionis attingit solem inquirendo de eo
utrum sit Deus (11) AUT COMITETUR ITER GELIDI SENIS id est
Saturni. Dicitur mens comitari iter Saturni quando transcendens

15 consequuntur RPeO consequitur PJ consequentur G / 16 et etiam J /
17 quia RPO -que (3) J / 18 per se JRD om. O propria PPeG /
19 ibi sistit JOD ibi sit R insistit PPeG /

solem ad ^uinvestigandum²⁰ Deum inquit de stella Saturni utrum
 sit Deus. Et nota quod Saturnus dicitur gelidus non formaliter
 sed ^ueffective. Est enim ^ueffectivus gelu et frigoris. Dicitur
 autem senex quia motus eius tardus est ad modum senis: non enim
 peragit ^usigniferum ante triginta annos quem sol in uno anno
 peragrat²¹ luna ^uvero in uno mense.²² Vel dicitur gelidus senex
 quia in templis ^uconsuevit²³ effigiari ad similitudinem senis et
 est epitheton²⁴ id est ^usuperpositio proprii adiectivi. Propria
 enim ^uqualitas senectutis est geliditas siye frigiditas. Continuacio:
 Ita dictum est quod mens ^uinvestigando Deum ascendit quousque
 comitetur iter Saturni, mens dico effecta (12) MILES CORUSCI id
 est splendidi SIDERIS scilicet Dei. Sicut enim exercitium pugne
 precedens triumphum²⁵ dicitur milicia sic ^uinvestigacio precedens
^uinventionem ^uveritatis dicitur milicia. Unde propter talem
^uinvestigacionem in qua se mens exercet antequam ^uperveniat ad
 cognicionem Dei²⁶ dicitur mens esse miles Dei. Continuacio:
 dixi quod mens ^uinvestigando transcendit elementa donec ^uperveniat

 20 ^uinvestigando J / 21 peragrat JR peragrat O peragit PPeGD /
 22 in uno mense JORD peragit triginta diebus PPeG / 23 consuevit
 JORD solebat PPeG / 24 epitheton R epytheton P epitheon J
 ephiteon O epyioton D / 25 ^uinventionem (^uveritatis dicitur del.)
 triumphum J / 26 dei JORD om. PPeG /

ad orbem planetarum nec tamen ibi sistit sed etiam ulterius
ascendit donec (14) RECURRAT²⁷ scilicet per inquisitionem²⁷
CIRCULUM ASTRUM id est zodiacum qui diversis consignatur astris
VEL etiam recurrat QUOCUMQUE MICANS NOX²⁸ id est nox splendida
que caret nubibus PINGITUR dicitur²⁹ nox micans pingi quia²⁹
tali nocte apparet celum tanquam depictum diversis ymaginibus³⁰
stellarum. Sensus est quod mens sua investigatione non tantum
invenit quod stelle planetarum non sunt dii sed etiam quod nec
stelle que finguntur³¹ in zodiaco nec etiam quecumque alie ubicumque
fuerint in celo. (15) ATQUE UBI id est postquam SATIS FUERIT
EXHAUSTI id est contemplationis quasi diceret postquam mens
sufficiens contemplata est stellas percipiendo quod nulla³²
earum Deus est³² sed subdita divine potestati transcendit
ulterius donec (16) RELINQUAT POLUM EXTIMUM id est ultra celum
(17) PREMATE DORSA id est partes connexas VELOCIS ETHERIS id
est celi quod est ultimum corpus querendo ulterius creatorem.
Mens, dico, sic transcendendo omnia corpora, effecta (18) COMPOS

*C translate
verbatim*

27 recurrat scilicet per inquisitionem RPO recurrat (quocumque
micans nox id est nex del.) scilicet per inquisitionem J /
28 ox J / 29 dicitur nox micans pingi quia JORD dicitur nox
micans pingitur dupliciter quia PPeG / 30 diversam ymaginibus J /
31 figuntur J / 32 nulla earum deus est JORD nulla dictionum est
deus PeG nulla dictionum deorum est deus P /

VERENDI id est reyerendi³³ LUMINIS id est Dei. (19) HIC id est
 super omnia corporalia non loco³⁴ sed potencia et dignitate
 DOMINUS REGUM scilicet Deus TENET SCEPTRUM id est principatum
 mundi (20) ~~TEMPERATQUE id est moderatur HABENAS id est naturales~~
 inclinaciones ORBIS (21) ET STABILIS scilicet manens in se REGIT
 VOLUCREM id est ^uvelocem CURRUM id est orbicularem motum solis et
 aliorum corporum celestium: ipse Deus, dico, existens (22)
 CORUSCUS id est splendidus ARBITER id est iudex RERUM. Deinde
 cum dicit (23) HUC SI TE ostendit quid mens iudicabit cum sic
 transcendendo creaturas pervenerit ad cognicionem Dei et loquitur
 Philosophia apostrophando ad mentem ipsam. Littera ordinatur sic:
 (23) o³⁵ mens SI³⁵ VIA id est ratio investigatiya que est ^uvia
 ad cognicionem Dei inveniendam DUCAT TE scilicet mentem REDUCEM
 id est iam a temporalibus reyerentem HUC id est ad hanc Dei
 cognicionem (25) DICES MEMINI quasi diceret ego que obnubilata
 affectu temporalium ^uvelut oblita mei fueram nunc ad memoriam mei
 redeo ^uvidendo scilicet quod HEC subaudi habitacio in contemplacione
 Dei EST MIHI PATRIA id est admodum patrie connaturalis QUAM NUNC

 33 reyerendi JORD cernendi PPeG / 34 loco RPO loco tantum J /
 35 o mens si ROD mens si J o mens ergo si PeG dicit ergo si P /

IMMEMOR scilicet propter obnubilacionem temporalium REQUIRIS
 scilicet quodam modo in eam tendendo (26) HINC scilicet a Deo
 ORTUS scilicet meus³⁶ est quia ad eius ymaginem³⁷ creata sum HIC
 id est contemplacione Dei SISTAM GRADUM finalem scilicet quietem
 habendo. (27) QUOD SI PLACEAT TIBI scilicet existenti in tanta
 plenitudine diuine cognicionis (28) VISERE id est considerare
 NOCTEM RELICTAM TERRARUM id est ipsa terrena que per comparacionem
 ad Deum, cuius cognicio ad modum diei³⁸ clara est, uelut nox
 obscura sunt et ideo relictas et dispreta (30) CERNES TORVOS
 TYRANNOS id est crudeles principes quos miseri populi timent quia
 sola bona et mala transitoria considerant EXULES scilicet a vera
 patria sua que in celis est.

[IV p 2]

secunda

TUM EGO prosa ~~prima~~ libri quarti. Supra prosa prima huius
 promisit Philosophia Boecio excludere quedam inconuenienciam de
 quibus conquirebatur et que reputabat Boecius provenire¹ in mundo
 propter ignoranciam quorundam supra declaratorum. Et hoc promissum
 prosequitur Philosophia in parte ista. Et diuiditur in duas partes.
 Primo enim Boecius hoc promissum a Philosophia exigit. Secundo

36 meus JOR motus P modus PeG / 37 ymaginem RPD ymaginacionem JO /

38 diei JOD dei PPeGO /

1 provenire RPD pertenerire J uenire O /